

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Gebri Arabis Chimia**

**Geber**

**Lugduni Batavorum, 1668**

Rationes negantium artem, in extractione animae suppositam, vel ignis  
regimine. Cap. XXII

[urn:nbn:de:bsz:31-95581](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-95581)

generaliter à se invicem transmutarentur & transmutarent, transmutatione firma & vera. Et ideo hi voluerunt similitudinem & affinitatem illorum invenire, tam per medicinas quam per ignis administrationem, attenuando grossa & dura, sicut Venerem & Martem, & inspissando subtilia, sicut est Jupiter & suus compar Saturnus. Et credentes hanc administrationem perficere, delusi sunt in hac commixtione corporum, vel quia totum omnino frangibile fecerunt, vel quia molle non alteratum fuit à duro: vel nimis durum non alteratum à molli. Et sic convenientiam non invenerunt: & ideo ut priores artem condemnaverunt & negaverunt.

*Rationes negantium artem, in extractione animæ suppositam, vel ignis regimine.*

CAP. XXII.

**A**lii vero adhuc magis profunde speculantes alterare voluerunt corpora cum animarum suarum extractione: & cum illa extracta anima, alia omnia alterare. Hoc autem non potuit eorum experientia perficere, sed delusi fuerunt de intentione sua, & propterea astimarunt artem non posse inveniri. Alii vero solo igne corpora perficere conantes, delusi in operatione

ratione sua fuerunt : quia ad illud pervenire nescierunt. Et hi similiter eam ex hoc non esse putaverunt, quibus omnibus obviamus ut prius.

*Rationes negantium artem in vitro & gemmis suppositam.*

CAP. XXIII.

Qui autem in vitro & gemmis ipsam posuerunt : cogitaverunt per vitrum & gemmas in corporibus alterationes reperire : & hi similiter in opere delusi sunt, quia non alterat quod non ingreditur. Constat autem quod vitrum & gemmæ non ingrediuntur, quia non funduntur fusione recta, ideoque non alterantur corpora ab eis. Sed et si conati sunt vitrum cum illis unire, cum vix hoc possit, non tamen propositum habent : quoniam vitrum ex corporibus faciunt. Et propter hoc hunc errorem æstinant super totam artem cadere, & sic eam arguunt non esse. Quibus omnibus respondemus, eos operari in non debita materia : ideoque indebite terminantes, non possunt ad suam intentionem pervenire, hancque artem ex suis erroribus interimere.

*Ratiq-*